



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Abbati, Priori, Et Cellerario de Monte sancti Nicolai Rigensis diocesis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

sedem apostolicam appellantur. Nolentes igitur corundem fratrum differri justitiam, per iterata vobis scripta districte praepiendo mandamus quatenus in praedicto negotio secundum tenorem praecedentium litterarum omni occasione & appellatione cestantibus procedatis, memoratum Episcopum ad praedictae compositionis oblervantiam per suspensionem pontificalis officij & etiam, si opus fuerit, excommunicationis sententiam compellentes. Tu denique, fili Abbas, super te ipso &c. Datum Signie v. Idus Octobris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

ARCHIEPISCOPO, DECANO,  
& Preposito Lundensis.

Epist. 120.  
De institutio-  
ne novi episco-  
patus in Livo-  
nia.  
V. de infra epist.  
124. 127. C.  
lib. 14. Epist.  
349.

**C**um eo faciente qui venit salvum facere quod perierat & Ecclesiam suam nova semper prole focundat, Sackela & Hugenhusen de novo receperint verbum Dei, & per illius misericordiam qui veste nostræ humilitatis induitus, dignatus est peregrinari pro subditis, ut eos supernæ patriæ cives & aeterna beatitudinis faceret coheredes, Dei evangelium quasi semen cadens in terram bonam per partes illas sit longè latèque diffusum, ne huic novellæ plantationi diligentis agricultura cura desit, nostro fuit apostolatu supplicatum ut & locis per episcopalis dignitatis insignia & populis per circumspetū Prælati sollicitudinem faceremus sine moræ dispendio provideri. Neigitur gregi dominico desit cura pastoris, cum adhuc lupus rapax circumeat quarens quem devoret, paratus eō fortius ad rapinam quod recentius perdidit quod dii tenerat occupatum, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus quatenus inquisita & cognita veritate, si qualitas locorum populerit, ac facultates sufficient, & expedire viderint, episcopatum auctoritate nostra constitutatis ibidem, & vocatis qui fuerint evocandi, per electionem canoniam faciatis loco & populo provideri de persona idonea in pastorem, & jura quæ debent ad Episcopum & Ecclesiam pertinere assignari eis integrè ac quietè. Quod si non omnes &c. tu frater Archiepiscopo &c. Tu denique, frater Archiepiscopo, super te ipso &c. Datum Signie v. Idus Octobris, pontificatus nostri anno sextodecimo.



ABBATI, PRIORI, ET  
Cellario de Monte sancti Nicolai  
Rigenfis dioecesis.

**C**um pastores Ecclesiae oves per de- Epist. 121.  
vium infidelitatis errantes ad ovile Ut protegant  
dominicū, non solum predicationis officio, neophytes.  
sed etiam beneficiorum gratia, debeat invitare, grave gerimus & indignum quod, sicut accepimus, venerabilis frater noster Rigenfis Episcopus quosdam neophytes, vix adhuc plenè in sancta fidei eruditione plantatos, in injuriam fratrum militiae Christi exheredit in Riga, & Vide epist.  
seq.

contingit quod respicientes retro qui ad aratum jam manū posuerant, Christi jugum abiciunt, relabentes in pristinā gentilitatis errorem, cùm in jam Christianos ea præsumat memoratus Episcopus quæ in gentiles nullatenus attentaret. Volentes

iguit prædictos neophytes debita quiete gaudere, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus quatenus supradictum Episcopum ab ipsorum injuriis districione qua convenit sublato appellationis obstaculo compescatis. Quod si non omnes &c. duo vestrum &c. Tu denique, fili Abbas, super te ipso &c. Datum Signie v. Idus Octobris, pontificatus nostri anno sexto decimo.

ABBATI DE GOTHLANDA,  
& de Northlanda & de Sutherland  
Preposito Lundensis dioecesis.

**Q**uoniam nimis dispendiosum est & Epist. 122.  
grave dilectis filiis fratribus militiæ Dantur conser-  
Curtii de Livonia, cùm sint in remotis vatores fratri-  
partibus constituti, pro singulis querelis  
bos militiæ Christi.

apostolicam sedem adire, cùm frequenter

a multis tam clericis quam laicis gravibus

sint injuriis lacestisti, ad supplicationem eo-

rum super hoc eis duximus providendum.

Quocirca discretioni vestræ per apostolica

scripta præcipiendo mandamus quatenus

cùm à dictis fratribus fueritis requisiiti, ma-

lefactores eorum in Bremenſi provincia

constitutos, ut eis ablata restituant, & de

damnis & injuriis irrogatis satisfaciant

competenter, vel in aliquos compromit-

tant qui appellatione remota justitia me-

diante procedant, per censuram ecclesiasti-

cam sublato appellationis diffugio com-

pellatis. Quia verò venerabilis frater no-

ster Rigenfis Episcopus eos, sicut accepi-

mus, in multis opprimere consuevit, vo-

lumus ut cùm vobis confiterit memoria- Vide supra

tum Episcopum malitiosè vexare fratres Epist. 121.